

vitis vera.

Quod si "Verbum" est nomen a munere impositum, ipsa eius impositio potius ab auctore evangelii quam a Domino nostro provenire videtur. Narratur quidem Dominus se dixisse panem vitae, lucem mundi, ostium ovium, etc., sed non narratur se dixisse Verbum.

Praeterea, brevissime et facillime explicatur huius nominis impositio, si auctori attribuitur intentio mere apologetica, ut scilicet Unigenitus ob nullam aliam causam diceretur Verbum nisi ut intelligeretur, sicut Hermes aliusve paganus, principium quoddam esse subsistens, divinum, creativum, illuminativum, revelativum.

E contra, longior exigitur investigatio si auctori attribuitur intentio theologica; si enim supponitur dilectus discipulus, munus Domini altissime scrutatus, illud unico quodam vocabulo expressisse, quod in ipso evangelii exordio et in primo versiculo epistolae primae posuit, sane non ante determinare potest quale sit Verbi munus quam ipsa auctoris mens perspecta atque explorata sit.

inveniuntur prorsusque ab invicem separantur, tum etiam vel iuxta ponuntur ut inter se pugnent vel permiscentur ut confundantur.

~~Et in principe huius mundi tantae sunt tenebrae~~

Et in principe huius mundi, qui in veritate non stetit, in quo veritas non est, tantae sunt tenebrae ut, cum mendacium loquatur, e propriis loquatur; ita ab initio fuit homicida ut eius desideria ^{illo} facere velit qui hominem vera a Deo loquentem interficere quaerat (Io 8, 44.40).

Sed et mundus totus ita in maligno positus est (1 Io 5, 19) ut "Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est" (1 Io 1, 8). Etsi enim redimi possit mundus, etsi in mundo lux non sit exstincta, ^{ipsa} ~~xxx~~ tamen tenebrarum cum luce ^xpermissio eam facit confusionem quae iam est tenebrarum victoria.

Quare, ut vincatur mundus (Io 16, 33), ut transeant tenebrae et verum lumen iam luceat (1 Io 2, 8), Verbum caro factum est.

~~Si enim "videbunt in quem transfixerunt" (Io 19, 37), ~~ubi et~~ ~~impaeitentes ipsi sese condemnabunt, vel paenitentes~~~~

~~Ipsa iniquorum mendacia et odia et homicidia manifeste erunt reprobanda,~~

Ubi enim "videbunt in quem transfixerunt" (Io 19, 37), ibi nova facta est situatio humana. De omni enim mendacio, de omni falso testimonio, de omni odio, de omni peccato, de omni homicidio ^oiam factum est iudicium: ipse transfixus Dominus. Sed idem Dominus ^{simul} ~~etiam~~ est Verbum vitae et dilectionis: Verbum vitae est quod per mortem ad resurrectionem multumque afferendum fructum transit (Io 12, 24); Verbum dilectionis est quod per maiorem omni alia dilectionem non lingua ~~monstratur~~ sed opere commonstrat quantum et qualiter nos diligat qui prior nos dilexit Pater.

vitae vera.

Quod si "Verbum" est nomen a munere ipso impositum, ipsa tamen eius impositio ab auctore evangelii provenire videtur, qui Dominum quidem narrat se dixisse panem vitae, lucem mundi, ostium ovium, etc., sed Dominum non narrat se dixisse Verbum.

Cur autem auctor hoc nomen Unigenito imposuerit

vitis vera.

Quod si "Verbum" est nomen a munere impositum, ipsa eius impositio ab auctore provenit. Narrat quidem Dominum se dixisse panem vitae, lucem mundi, ostium ovium, etc.; sed ipse in exordio evangelii de Domino dicit quod ~~De~~ Dominum de se dixisse non dicit.

Porro, si in hoc nomine imponendo auctoris intentio supponitur mere apologizetica fuisse, non multum attendendum est ad reliquum evangelium. Ideo enim Dominus nominatur Verbum, ut intelligatur sicut et Hermes aliusve paganus principium quoddam esse subsistens, divinum, cosmogonicum, illuminativum, revelativum.

vitis vera.

Quod si "verbum" est nomen a munere impositum, ipsa eius impositio est auctoris opus. Dominus quidem narratur se dixisse panem vitae, lucem mundi, ostium ovium, etc., sed non narratur se dixisse Verbum. Porro, si Ioannes est nominis huius auctor, eius intentio dupliciter intelligi potest: uno modo, ut ~~de~~ ~~dominavit~~ ~~in~~ ~~finis~~ sit apologeticus et illud de Domino nostro dicat quod de divinitatibus paganis dicebatur, eum scilicet esse principium quoddam divinum, subsistens, cosmogonicum, illuminativum, revelativum; alio modo, ut ipse dilectus discipulus illud exprimat quod principale in munere Domini esse intellexit. Iam vero, etsi intentio apologetica non sit ~~ampm~~ excludenda, ea tamen sola haud admitti potest ab interprete qui Ioannem ~~max~~ ducit hominem profundiore, sinceriore, sanctiore.

Quod denique aeternum est Verbum ab incarnato distinguitur, non persona, non ipso munere, sed quasi loco et ambiente ubi munus exercetur. ~~Idemvandum enim qui~~ Qui enim a Patre dilectus claritatem accepit ante constitutionem mundi (Io 17, 24), idem cum Patre in hora sua clarificatus est (Io 12, 23.28; 13, 31.32; 17, 1.4.5). Qui in terris nobis est Verbum vitae, in divinis est Verbum vitae trinitariae. Qui in terris est Verbum dilectionis, in divinis est quo dicitur Deum esse caritatem interpersonalem. Qui in terris est veritas (Io 14, 6) a veraci Patre missa, in divinis est veritas quam verax dicit Pater et sanctus audit Spiritus. Attamen in divinis divinis nullae sunt tenebrae, nullum est mendacium, ⁿ nullum est odium, sed summa luce perspiciti perspicitur, summa veracitate dicitur, summa sanctitate peragitur veritas, Deum esse caritatem. Sed inter eos qui in tenebris et in umbra mortis sedent, tantae sunt tenebrae, tanta mendacia falsaue testimonia, tantumque odium, ut ipsam mundi lucem extinguere, ipsam veritatem obscurare, ipsam vitam interficere quaerant. Quam ob causam, Verbum caro factum, etsi in mundum sit missum non ut mundum iudicet sed ut mundum salvet (Io 3, 17), ita est Verbum vitae et dilectionis ut simul sit mundi iudicium. quaerant. Sed ipso hoc nisu non efficit mundus nisi mundi iudicium. Adeo non obstat Verbo vitae ut per mortem vita exhibeatur atque communicetur. Adeo non obstat Verbo dilectionis ut, quod odio habebatur, clarius et efficacius dilectionem Patris exprimat. Adeo non obstat Verbi gloriae, ut ipsa eius appareat gloria in illa veritate quae coniungit tum mundi iudicium tum divinae vitae et dilectionis expressionem.

Prorro, tripliciter veritas auditur et accipitur: et primus et modus discipulorum qui ex ignorantia procedunt in scientiam; alter est modus credentium qui ita scientia careant ut tamen veritatem auctoritate revelantis accipiunt; tertius denique est modus diligentium qui ^{concretam} veritatem de valore ideo audiunt et accipiunt quia valorem et bonitatem diligunt. Sed inconvenienter in Spiritu sancto poneretur vel discipulorum vel credentium ignorantia. Et ideo remanet ut audire ~~et~~ et accipere Spiritus sancti nihil aliud sit quam verum, imo divinum, valorem atque bonitatem diligere.

Spiritus ergo Patris dicitur (Mt 10, 20) et Filii (Gal 4, 6) quia Patrem et Filium audit. Spiritus Dei dicitur, tum quia Pater et Filius sunt Deus, tum quia Spiritus est Deus ex Deo. Spiritus veritatis dicitur, quia veritatem audit et accipit. Spiritus sanctus dicitur, quia talis est auditio atque acceptio qualis in dilectione veri valoris consistit. Spiritus denique dicitur Christi (Rom 8, 9) tum quia in ~~et~~ eis est et apud eos manet quos docuit Christus (Io 14, 17), tum quia, quod Christus docuit, in Spiritu Christi auditur, creditur, servatur, custoditur, suggeritur.

Convenit denique ut Spiritus sanctus doceat nos, tum quia dilectio secreta revelet (Io 15, 15), tum quia dilectio facit ut Christo credatur et sermones eius serventur (Io, 14, 23; 16, 27; 17, 8), tum quia haec divina dilectio tollit dilectionem tenebrarum (Io 3, 19), gloriae hominum (Io 12, 43), mundi (1 Io 2, 15), propter quam homines Filium non accipiunt (Io 5, 43), testimonium Patris et Filii non accipiunt (Io 3, 11.32.33; cf. 3, 27; 5, 37), sermonem Filii non audiunt (Io 8, 43.47), verba audiunt et non custodiunt (Io 12, 47), Filium spernunt et verba eius non accipiunt (Io 12, 48), Spiritum veritatis non possunt accipere (Io 14, 17).

De Deo Trino, II, p. 61

De Verbo Aeterno, Io 1, 1 - 18.

Cum "verbum" proprie dicat quod in sonis articulatis scriptisve
manifestet, communicet,
litteris sensum contineat, patet Verbum quod erat in principio
analogice esse intelligendum, si quidem Deus spiritus sit et in
spiritu et veritate adorandus (Io 4, 24).